

BIBLIOTHÈQUE  
DE L'ÉCOLE  
DES HAUTES ÉTUDES

PUBLIÉE SOUS LES AUSPICES  
DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

---

SCIENCES PHILOLOGIQUES ET HISTORIQUES

---

QUARANTE-TROISIÈME FASCICULE

---

DE SATURNIO LATINORUM VERSU  
SCRIPSIT L. HAVET



PARIS

F. VIEWEG, LIBRAIRE-ÉDITEUR

67, RUE DE RICHELIEU, 67

1880

# DE SATURNIO LATINORUM VERSU

SCRIPSIT

LUDOVICUS HAVET

---

IN EST RELIQUIARUM QUOTQUOT SUPERSUNT SYLLOGE

---

Obliti sunt Romae loqui lingua latina.

Cn. Naevius poeta.



PARISIIS

APUD F. VIEWEG, BIBLIOPOLAM

67, RUE DE RICHELIEU, 67

1880

PATRI

ERNESTO

QUI ME IN LITTERIS ERUDIVIT

REBUSQUE CAUSAS QUAERERE DOCUIT

D. D. D.

# PRAEFATIO

---

Cum in hoc opere componendo plurimas quaestiones necesse nobis esset tractare et difficillimas et inter viros doctos maxime controversas, non satis habuimus quid de unaquaque earum nos sentiremus significare et placita nostra argumentis comprobare, verum id quoque nobis efficiendum esse rati sumus, ut si quando legentes aut aliter ac nos sensissent aut dubitavissent, omnia praesto in nostro volumine haberent, quae sibi ad informandum iudicium usui possent esse. Itaque nolito, qui haec leges, mirari quod nos multa paulo longius tractaverimus, quam tibi forsitan par fuisse videatur; quod plurima congesserimus, ubi pauca tantum volueris delecta; quod (exempli gratia) tabulas versusum, quae singulis Partis nostrae Prioris paragraphis subjunguntur, ita nos confecerimus, ut in iis non ea tantum exempla, quibus singulae leges a nobis constitutae certius comprobarentur, verum et omnes versus, qui ad eas leges effecti aut certo aut dubie videri possent, memora-